



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm

Wiestner, Jacob

Monachii, 1706

V. De Privatione Beneficij & Depositione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62649](#)

gistratu Seculari , *citt. Molina disp. 12. n. 3.* & *Palao p. 20. n. 11.* Cujus auctoritate , si Jure Civili (etiam à sacris Canibus generaliter recepto , *can. Omnes 6. q. 1.*) indicta infamia abolita sit , in ea fundata irregularitas cessat ; ut persona pristina fama sic restituta ad Ordines & beneficia Ecclesiastica sine alia dispensatione valeat promoveri. Si infamia sit Juris Canonici , non solum generatim Civili irrogatam approbantis , *can. Omnes cit.* sed specialiter sive particulari dispensatione statuuntis: ut ea quam hæretici , usurarii manifesti , binas nuptias simul contrahentes , Cardinalem hostiliter persequentes &c. incurront , imposta fuit , restitutione famæ Principis secularis auctoritate facta , quoad effectus Canonicos non aboletur; ut ad Ordines & beneficia opus sit Apostolicâ dispensatione , *cit. Suarez f. 2. n. 10.* & *Laiman. cap. 4. n. 10.*

64. Infamia solum facti , ex quantumcunque enormi criminis orta , factò contrariò sive publicâ constanti & triennio saltem continuâ vitæ emendatione aboletur , ut cum Panormit. in c. Inquisitionis cit. n. 3. Sylvestro. V. Infamia n. 11. & Claro §. fin. q. 21. n. 1. docent *citt. Garcias cap. 8. n. 64.* Molina Disp. 10. n. 1. & Suarez n. 6. & colligitur ex *can. Si duo, 35. q. 6. verbis.* Infames effetti , donec ab incesti criminis desistant , apertèque traditur *can. Nunquam 3. disp. 56.* ubi relatus D. Chrysostomus , Ad meliora , inquit , conversum nequaque prior vita commaculat. Ratio est; quia infamia , qua ex facto nascitur , factò adhæret , eoque vitæ in melius mutatione abolitò ac cessante , etiam ipsa cessat & aboletur , c. Cum cessante 60. de Appellat. ut ad Ordines , dignitates , beneficia & officia quæcumque aspiranti dispensatio necessaria non sit. Unde eam ,

quæ solum facti infamia inducitur , propriè dictam irregularitatem esse , merito negat *cit. Laiman. n. 10. in fine* , quid initiat ejus , quæ in actatis defectu fundatur , non sit perpetua , & cum infamia aboleri valeat sine ulla dispensatione , contrà , quæ solent cætera ac propriè dictæ irregularitates.

ARTICULUS V.

De Privatione Beneficii & Depositione.

SUMMARIUM.

65. *Privatio beneficii aliquando incurritur ipsò Jure,*
66. *Clerico criminis eius titulum,*
67. *Non etiam possessionem sine sententia declaratoria aferente :*
68. *Aliquando sententia condemnatoria judicis,*
69. *Ob varia crimina eam infigentis.*
70. *Deposito ab Ordine , officio & beneficio removere :*
71. *Et aliquando simili est privatio beneficii ,*
72. *Et suspensioni : à qua differt duratione.*
73. *Privilegia Fori & Canonis non semper auferunt.*
74. *Aliquando ab Episcopo relaxantur.*
75. *Ei varia crimina etiam hodie obnoxia sunt.*

U Ndeci mō Inabilitas ad dignitates , beneficia & officia Ecclesiastica obtinenda , c. *Quicunque 2. §. Hæretic. c. Statuum 15. de Heretic. in 6. & Privatio legitime obtentorum , ec. citt. Sc. Hæc autem privatio duobus modis induci potest ac toler.*

Aliquando

Aliquando ipsò Jure, eam criminis si-
ve ejus perpetrationi annexente & reo
infligente: cuiusmodi privationem in-
ducentia criminis, praesenti Rubricæ sub-
iectis textibus expressa, sunt cædes Resto-
ris vel beneficiari Ecclesiæ, in qua bene-
ficium obtinetur, & In quibusdam 12.
hostilis persecutio, percussio aut capti-
vatio alicujus S. R. E. Cardinalis, ad eam
ve cooperatio, & Felicitas s. in 6. percus-
sio, persecutio &c. Episcopi, Clement.
1. Violenta detentio personæ Ecclesia-
sticæ ad effectum extorquenda ab ea re-
nuntiationis beneficij, vel impediens
comparitionis apud sedem Apostolicam,
Clement. Multorum 2. & permulta alia,
quaे propriis locis attigimus & plenâ ma-
nu congeta referunt Azor p. 2. Inßtr. Lib.
7. cap. 17. q. 1. Corrasius p. 1. de Benefic.
cap. 8. & Vallenf. Lib. 2. de Benef. Tit.
23. à n. 10. & tit. 24. à n. 1.

66. Hujus autem, sive ipsò Jure inducta
privationis notabiles effectus sunt. Pri-
mò enim ipsò criminis perpetrati factò
amittitur titulus seu proprietas beneficij;
ut hoc vacet & ante omnem judicis sen-
tentiam imperari ab alio possit, arg. e.
Licut 28. de Prab. & dignit. in 6. Se-
condò, ita privatus ex beneficio ab ipso
criminis commissi die provenientes fru-
ctus non facit suos, & eos restituere
tenetur, Extravag. Cum dñeßabile 2.
inter com. de Simonia. Tertiò, bene-
ficium is, qui ita privatus est, tanquam
non suum ex causa permutationis, in fa-
vorem &c. resignare amplius non potest,
Rebuffus de Pacif. posseß. à n. 26 t.
Quartò, si beneficio ita privatus moria-
tur, non tanquam per obitum, sed tan-
quam ex delicto vacans debet imperari;
quod beneficii titulus & proprietas ante
obitum jam fuerint annulla, Azor cap. cit.
n. 2. & Barbola de Offic. Episc. alleg. 57.
67. à n. 253. Ipsam tamen beneficii possel-

sionem delinquens statim dimittere, juxta
dicta n. 18. non tenetur: sed in ea per-
severare potest, donec super beneficij &
fructuum retentione imperet dispensa-
tionem, vel ejusmodi criminum alicujus
perpetrati reus per sententiam à judice
competente declaretur, Felinus in c. Ra-
dolphus 35. de Rescript. n. 38. Sotus Lib.
2. de Jufit. q. 6. art. 5. Covarruvias p.
2. de Sponsal. cap. 6. §. 8. n. 8. Guttie-
rez Lib. 2. Q. Canon. cap. 5. n. 28. A-
zor cit. cap. 17. q. 3. & Piaficius Prax. p.
2. Episc. cap. 4. art. 14. n. 18.

Aliquando beneficii privatio, licet 68.
Jure decreta sit, clericu tamen criminis
reо ab eo non inflicta sive annexa est ipsi
criminis perpetrationi: sed à judice infli-
genda est per sententiam condemnato-
riam, quā ille non solum crimen com-
missum declaratur: sed in istius poenam
privatio sive ademptio beneficij expresse
irrogatur, Innocentius in c. Qualiter 18.
de Accusat. & Piaficius cit. n. 16. quā
sententia cum beneficii titulus primū
amittatur & inducatur vacatio, ante eam,
etiam post crimen cornillium & in judicium
jam deductum, beneficium ab alio non
imperari, ex causa autem permutationis
aliōve modō resignari potuit à reo:
qui etiam fructus ante sententiam perce-
pros fecit suos, & restituere post eam non
tenetur, Covarruvias p. 2. de Sponsal.
cap. 6. §. 8. n. 8. Laiman. Lib. 4. Tratt. 2.
cap. 17. n. 2. & Pirrhing ad Rubrio. de
Concess. Prabend. n. 27.

Hujusmodi autem privationis poe-
niæ, licet casibus duntaxat Jure expressis,
& à cito. Azor cap. 18. & Vallenf. Lib.
3. tit. II. à n. 2. relatis locum esse, com-
munis DD. assertio sit, crima tamen,
quaē eam merentur, in specie referri aut
sub una Regula comprehendendi omnia non
posse: imò expressis similium, sed gra-
vium duntaxat criminum reis eam impo-
ni posse.

ni posse, existimant Panormit. in c. At
fi clericis 4. de Judiciis n. 38. Selva p. 3.
de Benef. q. 3. n. 2. & Garcias p. 11. de
Benef. cap. 10. n. 3. qui tamen judicem
monent, recentiora potius Jura & curia-
rum praxia, quam veteres canones at-
tendendos; quod hi ad privationis ac de-
positionis poenam multe, quam nostrorum
temporum corruptio fert, sunt pro-
niiores.

70. Duodecimò Depositio simplex, qua
clericus perpetuò removetur vel ab Or-
dine vg. Sacerdotali aut Episcopali, e. At
fi clericis 4. de Judiciis, non quadam cha-
racterem; quia hic indelebilis est, can.
Offenditur 30. disp. 4. de Consec. sed quo-
ad exercitium sive executionem, vg. cele-
brationem, ordinationem, absolutionem
poenitentis, Suarez de Censur. disp. 30.
f. 1. vel à beneficio vg. à parochia, sive
ejus administratione & fructuum perce-
ptione, e. Ut clericorum 13. V. Si quis,
de Vita & benef. &c. Inscriptum 13. de Sie-
monia, & ipso etiam beneficii titulo, Gonza-
lez in e. Si quis 2. de Clerico excom.
ministr. n. 7. vel ab officio vg. à Sacra-
mentorum administratione & jurisdi-
ctione, e. Latores 4. de Cleric. excom.
ministr. &c. Ut clericorum cit. §. Prelati:
vel ab officio simul & beneficio, e. 1. de
Homicid. in 6. Gonzalez n. 7. cit. Unde

71. Pater primò, beneficii Privationem
speciem quandam aut simillimam esse De-
positioni à beneficio; cum utraque be-
neficii titulus auferatur; ut proinde de-
positio non immeritè à Panormitanò e-
iusdem privatio quandoque nominetur,
apud Suarez Disp. 30. de Censur. f. 1. n. 4.
licet, ultra privationem posselli, ad idem
& alii beneficia obtinenda inducat inha-
bilitatem, ut idem n. 5. observat.

72. Pater secundò, Depositionem affi-
nem etiam esse Suspensioni; quia, licet
aliquando cum illa à DD. & jure etiam

confundatur, propriè tamen accepta dif-
fert; quod non sit poena medicinalis;
cum naturā suā sit perpetua, & sine re-
missionis spe inferatur: & quod ab
officio & beneficio ipsomet removeat, &
non, ut suspensio, illius exercitiō du-
taxat & illius administratione, fructuum
que perceptione: sed, ut ipsum nomen
indicat, per se ipsā radice sive officiō &
munere, ipsōque beneficij titulō & quasi
dominiō privet, Suarez cit. f. 1. n. 4. &
7. Laiman. Lib. 1. tract. 1. p. 3. cap. 5.
n. 2. & Gonzalez cit. n. 7. Cui non of-
ficit; quod à beneficio perpetuo suspen-
sus id etiam amittat; cum beneficium ha-
bere non debeat, qui ejus fructuum per-
ceptione perpetua est interdictus; quia
hujusmodi suspensionis vi id non ipso Ju-
re, ut qui à beneficio est depositus, amittat;
atque idcirco, suspensione relaxata, benefi-
cium retinet sine nova collatione: quæ
deposito necessaria est ad ejus retentio-
nenem, Suarez cit. n. 4.

Privilegia tamen Fori & Canonis, si 739
eorum ademptio in sententia non expri-
matur, ita depositus retinet, ut collig-
itur ex e. Cùm non ab homine 10. de Ju-
diciis, ex cuius dispositione curia Secu-
lari clericus depositus non permititur,
nisi crecente contumaciā propter, incor-
rigibilitatem degradetur, Panormit. in
e. At si clericis cit. §. De adulteriis. n. 2.
Navarrus Manual. cap. 27. n. 81. Suarez
f. 1. cit. n. 8. & Barbosa de Offic. & posef.
Episc. alleg. 110. n. 3.

Quantumvis autem Depositio natu- 74
rā suā perpetua sit, nihilominus Episco-
pus cum clericis, ob adulterium & cri-
mina, eō non graviora, depositis, post
peractam peccantium dispensari, eos
que in pristinum statum restituere potest,
ex concessione Alexandri III. e. At si cle-
rici & §. De adulteriis cit. Panorm. in §.
cit. à n. 1. Laiman. n. 5. Barbosa n. 8. &
Gonzalez

Gonzalez in §. cit. n. 1. ob tale aliquod
crimen depositorum restitutionem, sede
vacante, Capitulo adstruens, cum cit. Pa-
normit. n. 17.

Neque obstat; quod depositus sit infamis, *can. Infames* 17, ibi, *Prose-
ceribus suis ad Ecclesias depositos*, 6. q. 1.
clericis autem infamia notatos fama re-
stitueri solus Papa, non etiam Episcopus
possit, *arg. c. Cum te 23. de Sent. Et re-
judic. I, 1. §. 10 ss. de Postul.* Verum,
quia his textibus Principi directa solum
fama restituiri reservatur; ea autem, qua
indirecte & per consequentiam quandam
sit, *§. cit. V. Pro qua.* Prætori permit-
titur, clericum propter ejusmodi adultere-
rium depositum pristino gradu & fama
restituere Episcopus, licet nequeat dire-
cte, indirecte tamen valebit, in casu à
Iure conceculo dispensando in sententia,
ex qua infamia est orta, ut in §. *De an-
dulteriis cit. nota Panormit. n. 15.*
Quando autem hæc orta est ex facto seu
crimine clerici, isto per paenitentiam de-
letio, tollitur etiam ipsa, *juxta dicta n. 64.*
ut non impedit ab Episcopo faciendam
restitutionem.

78. Crimina perpetuae depositionis pena
Iure obnoxia à sacrorum Canonum Interpp.
& DD. ampli permulta recensentur. Mihi
cum Panormit. inc. At scilicet cit. à
n. 33. Laiman. Lib. 1. tratt. 5. p. 3. cap.
5. n. 2. & Palao Tratt. 19. disp. 4. p. ult.
n. 4. statuendum videtur discrimen inter
tempora; quantumvis enim priscorum
canonum priscis ac severioris disciplina
moribus accommodatus rigor homici-
dium, furtum, perjurium, adulterium
& his majora quavis: imò & minora cri-
mina, arg. §. De adulteriis cit. deposi-
tionis penā vindicari: nostrò tamen,
éoque non optimò èvō è animadverti in
clericos non solet, nisi re sint criminum
valde enormium sive talium, quæ non

solum natura & objecto, sed circumstantiis quoque & adjunctis qualitatibus ponderatis publice valde scandolosa & atrocia prudenti judicis arbitrio reputatur, ut vg. homicidium voluntarium a præmeditatum, adulterium vel stuprum violentum, furtum sacrilegum rei preiœfæ, notoriae, & insuper habitis monitionibus, continuata fornicationes, ut colligitur ex r. Si autem b. de Cobabit. cler. & mil. Trident. Sess. 22, de Obser- vand. in celeb. Miss. & Sess. 25, cap. 14, de Reformat.

ARTICULUS VI.
**De Poena Degrada-
tionis,**

SUMMARIUM.

76. *Ipsa clericu*s* privatu*s* ips*o*s statu*s* cl*é*re*s*
rical*s*:*

77. *Vel solu*m* verbaliter sive p*er* solene*m*
nem sententia*m*:*

78. *Qua*m* ille a*Papa* vel proprio Epi*cop*o**
scop*o*,*

79. *Ali*s* Ep*cop*o**s & vir*s* Ecclesiastico*s*
presentibus,*

80. *Votu*m*que decisivu*m* habentib*us*,*

81. *Et unanimiter consentientib*us*, f*la*
tu*m* ill*o* decic*it*.*

82. *Vel etiam realizer sive per sententia*m*
solem*n* executionem:*

83. *Qua*m* per al*l*a, clericu*s* curia Secula*m*
ri relinquitur,*

84. *Cum intercessione pro eo, ad Eccles*ie*
si manu*m* factu*m* inueni*m* offendenda
potius,*

85. *Quam ad irregularitatem evitana*m*
dam, interposita*m*.*

86. *De Jure degradantur soli clericu*s* in
corr*ig*ibil*e*s,*

D d a

D d d 37. Etiam